

ANDREAS SAMPERS

DOCUMENTA
DE ERECTIONE PROVINCIAE HOLLANDICAE
ET ANGLICAE (1854, 1855, 1865),
CUM QUIBUSDAM NOTIS DE FUNDATIONE DOMORUM

I. CONSTITUTIO PROVINCIAE PROVISORIAE
HOLLANDICO-ANGLICAE, 1854.

1. - Post divionem Prov. Germanicae in Prov. Germanicam et Austriacam an. 1853 (2 prov. = 6 capitulares), nonnulli Patres Prov. Belgicae, duce P.e Provinciali V. Dechamps desiderium manifestabant Rev.mo P.i Vicario generali R. von Smetana, ut numerus capitularium eiusdem provinciae (1 prov. = 3 capitulares) in Capitulo generali proxime habituro augetur, ita ut cessaret vel saltem diminueretur praeponderantia germanica et obtineretur iusta inter diversas nationes proportio (Cfr *Chronica Provinciae [Belgicae] et Collegiorum*, ms in AG, IV 143. - Citatur: *Chron.PrB*).

Ex epistula P.is Dechamps ad P.em Smetana, diei 15 XII 1853. - Orig. : AG XV D 33. - Copia a P.e Fr. Verheyen confecta: ibid.

Note adressée au R.me Père Vicaire général et a ses Consultants sur l'exécution des décrets du S. Siège du 6 sept. et du 8 oct. 1853.

Révérèndissime Père,

V.P. m'a engagé dernièrement à Coblençe à adresser à Rome les observations que je lui soumettais de vive voix. Je lui ai répondu qu'à Rome on les connaissait déjà quant à la représentation des provinces au chapitre. Mais comme ce que j'ai appris à Coblençe me donne l'occasion de compléter ces observations, je viens les confier toutes à V.P. et je ne demande à V.P. de les faire parvenir à la S. Congrégation que dans le cas où V.P. croirait devoir les approuver.

...

VII

Enfin, cette même confiance, si nécessaire à l'avenir de la Congrégation qui dépend de ce premier chapitre (il est vrai qu'elle dépend de Dieu) semble exiger que le R.me P. Vicaire général et sa consulte préviennent des plaintes légitimes sur la prépondérance (nullement proportionnée au nombre de leurs communautés) des Pères de l'Allemagne dans le chapitre, si aux provinciaux et vocaux des deux provinces d'Allemagne se joignent les consultants du R.me P. Vicaire général (qui sont tous de la même nation) sans compensation canonique d'un autre côté.

Nous savons que la Province Belge ayant plus de communautés et de prêtres profès que les deux Provinces Allemandes réunies, le R.me P. Vicaire général a résolu de diviser aussi la Province Belge en deux, mais cette mesure est insuffisante pour écarter la prépondérance que nous venons de constater en parlant de la Consulte du R.me P. Vicaire général. Nous savons aussi que les deux tiers des voix sont requises pour l'élection du Supérieur général, mais cette garantie n'infirmé en rien ce que nous venons de dire.

...

De V.P. le très humble et dévoué serviteur et fils

V. Dechamps CSsR

Bruxelles, 15 Décembre 1853.

Ex epistula P. is Smetana ad Card. Praefectum S. Congr. EE. RR., diei 16 XII 1853. - Minuta a P. e Queloz confecta: AG XV D 6.

Eminentia Reverendissima,

P. Dechamps mihi et meis consultoribus aliquas propositiones communicavit, quas ut dicit, antequam Roma discederet, in scriptis S. Congr. EE. RR. exposuerat. Sunt autem quae praetendit sequentia :

...

V. Numerus vocalium Provinciae Belgicae in proximo futuro capitulo generali esse augendum, quia haec provincia eundem numerum Patrum professorum habet ac Provincia Germanica, nuperime in duas Provincias, Germanicam et Austriacam, divisa et ideo nulla justa proportio esset inter Patres Germanos et Belgas.

...

Ad V. Huic propositioni (ut augeatur numerus vocalium Provinciae Belgicae) utique satisfaciendum esse censeo, ne ulla causa

de praedominio nationalitatis germanicae conquirendi remaneat et supplicationem specialem ad hunc finem praesentabo.

...
S. Purpuram devotissime exosculans summo respectu et obsequio me subscribo

Em. V. R. mae
humillimus et obedientissimus servus ac filius
R. Smetana CSsR. - Vicarius generalis.

Confluentiae, 16 Decembris 1853.

2. - Initio an. 1854 P. Smetana supplicem libellum S. Congr. EE. RR. porrexit, indicans tres modos quibus huic desiderio satisfieri posset. De industria tamen indicare omisit, qualis modus ex his tribus praeferendus esset (Cfr *Chron. PrB* IV 143).

Ex epistula P. is Smetana ad P. em Queloz, diei 28 II 1854. - Orig.: AG XV D 48.

Mon révérend et très cher Père,

...
J'ai déjà fait présenter au Nonce par le P. Verheyen la lettre de la S. Congrégation. Je ne suis aucunement fâché que le S. Père a voulu enfile ce chemin. Cela fermera la bouche à chaque critique. Comme je me suis abstenu de faire de ma part une demande positive, la S. Congrégation se trouvait sans doute embarrassée de se décider pour l'un projet ou pour l'autre.

J'ai écrit au Nonce que je désire sincèrement voir accompli le voeu du P. Dechamps, et que je suis bien indifférent si cela se fasse par une province provisoire ou définitive. J'ai ajouté que je le désire, pour éviter chaque *apparence* d'une partialité nationale, et malgré que dans le cas dont il s'agit la Province Allemande ne fût pas divisée en deux pour le nombre des sujets mais pour les distances énormes. Quant aux autres modes que j'ai signalés dans l'exorde de ma supplique, il n'en peut être question, et le Nonce a dit lui-même préalablement au P. Verheyen que l'on ne peut y penser.

...
En me recommandant à vos prières, je suis dans les SS. Coeurs de Jésus et de Marie

Votre

affectionné confrère
R. Smetana CSsR

Coblence, le 28 Février 1854.

3. - In audientia diei 12 maii Ex.mo A.Bizzarri, S.Congr.EE.RR. secretario, concessa, Pius PP. IX erectionem Prov. provisoriae Hollandico-Anglicae approbavit, secundum supplicem libellum a P.e Smetana porrectum (Cfr *Chron.PrB* IV 143-144).

Rescriptum S.Congr.EE.RR. - Orig.: AG XV D 7. - Edit.: *Monumenta historica Prov. Neerlandicae* 1(1949) 39-41, secundum copiam in archivo collegii in Wittem asservatam (quaedam differentiae minutae).

N. 20974

3

Beatissime Pater,

Rudolphus Smetana, Vicarius Generalis Congregationis SS. Redemptoris Transalpinae ejusque Consultores ad Pedes Sanctitatis Vestrae provoluti sequentia humiliter exponunt.

Nonnulli P.P. Provinciae Belgicae desiderant ut numerus Vocalium hujus Provinciae in proximo Capitulo generali augeatur, quia haec Provincia eundem numerum P.P. Professorum habet ac Provincia Germanica, nuperrime in duas Provincias, Germanicam scil. et Austriacam divisa et ideo in Capitulo justa deesset internationalitatis proportio.

Ut autem huic desiderio satisfiat, tres extant modi.

Primus esset, ut Provincia Belgica sine alia distinctione aut mutatione praeter Superiorem Provinciale non duos, prout ceterae Provinciae, sed quatuor vocales ad Capitulum generale mitteret. Sed hic modus in genere non est canonicus; repugnat speciatim intentionibus S. Alphonsi et Capituli gen. de anno 1764, in quo statutum fuit: Institutis in nostra Congregatione Provinciai numerum vocalium in Capitulo generali esse minuendum, *servata tamen inter Provincias aequalitate*. Contradicit etiam Decreto Pontificio die 2 Julii 1841, in quo definitum fuit: Proximum futurum Capitulum generale celebrandum esse cum conventu Provincialium et duorum Sociorum pro qualibet Provincia. Insuper inconveniens et periculosum nobis videtur principium, quo numerus vocalium secundum numerum Subjectorum vel domuum esset dimetiendus. Sed nec desiderio PP. Belgicorum hoc modo ex integro satisfaceret, quia Provincia Belgica non sex ut Provincia Germanica et Austriaca, sed quinque tantum Capitulares ad Capitulum gen. mitteret.

Alter modus esset, ut tam PP. Hollandi quam PP. Angli in domibus in Hollandia et Anglia existentibus separatim Capitula domestica et deinceps utraque pars separatim capitulum quasi Provinciale celebrent, in quo unus vocalis Hollandus et unus vo-

calis Anglus pro Capitulo generali eligatur. Sed hic modus iisdem, imo majoribus vitiis et difficultatibus laborat ac primus. Periculosius adhuc nobis videtur singulis nationalitatibus jus specialis repraesentationis in Capitulis concedere. Cui accedit, strictam nationalitatum separationem esse impossibilem, quippe quod in Anglia Belgae, Hollandi et Germani, in Belgio Hollandi et Germani et vice versa reperiantur.

Non ergo nobis superesse videtur nisi tertius modus, videlicet erectio Provinciae Hollandicae-Anglicae. Sed et hujusmodi executioni, in quantum statim et definitive haec Provincia erigenda esset, gravissimae difficultates sese objiciunt. Novitiatus totius Provinciae Belgicae in Collegio S. Trudonis in Belgio est, domus vero studiorum Wittemii in Hollandia, ita ut si duae Provinciae statim definitive essent constituendae, Belgica domo studiorum, et Hollandica-Anglica novitiatu careret et studentes Belgae omnesque lectores sub jurisdictione et gubernatione Provincialis Hollando-Anglici et vice versa Novitii Hollandi et Angli sub Provinciali Belgico essent, quod certe dissentionibus et perturbationibus ansam praeberet. Impossibile autem est, ut hae difficultates statim et ante Capitulorum domesticorum et provincialium convocationem expediantur et Provincia Belgica statim separatam domum studiorum et Provincia Hollando-Anglica separatam novitiatum sibi procuret; statimque Individuorum separatio eorumque adjudicatio ad unam alteramve Provinciam fiat. Insuper difficillimum esset Residentiam Provincialis Hollando-Anglici suorumque consultorum determinare; si enim ejus Residentia Amstelodami figeretur, Angli, si Londini, Hollandi minus contenti essent.

Ad quas difficultates meliori quo fieri potest modo sublevandas, Oratores humillime proponunt, ut provisorie erigatur Provincia Hollandica-Anglica, quae a Vice-Provinciali gubernetur. Vice-Provincialis immediate subjectus maneat Provinciali Belgico, verumtamen easdem facultates generales subdelegatas pro subjectis et domibus in Hollandia et Anglia possideat, quas usque ad praesens tempus Vistator Angliae, Provinciali Belgico immediate subjectus, pro subjectis et domibus Anglicis possidebat. Quod autem proximum Capitulum generale attinet, ex speciali gratia et concessione Sanctitatis Vestrae auctoritate gaudeat interveniendi Capitulo generali cum duobus Vocalibus electis in Capitulo provinciali provisoriae hujus Provinciae Hollando-Anglicae.

Hoc modo desideriis PP. Belgicorum ex integro et sine ullo alio

incommodo satisfaceret. Mitterent enim Provinciae Belgica et provisorie Hollando-Anglica eundem Capitularium numerum, nimirum sex, ad Capitulum generale ac Provinciae Germanica et Austriaca. Interim autem impedimenta illa, quae in praesenti definitivae duarum Provinciarum constitutioni obstant, pedetentim sublevarentur et separatis domibus Novitatus et Studiorum et Individuorum adjudicationi commode et sine ulla perturbatione provideri posset. Imo sperandum est fore ut infra trium vel quatuor annorum spatium separata Provincia Anglica praeter Hollandicam erigi possit, quo simul evitarentur omnes difficultates, quae ex unione definitiva PP. Hollandorum et Anglorum enascerentur.

Nec haec Provinciae provisoriae cum Vice-Provinciali erectio novum quid vel inauditum esset. Etiam Provincia nostra Americana ante ejus definitivam et canonicam constitutionem a Vice-Provinciali amplioribus facultatibus generalibus instructo gubernabatur. Imo usque ad hanc diem Domus et Subjecta in Anglia immediate gubernantur a Visitatore, qui partim in Anglia, partim in Belgio commoratur. Sola exceptio in eo consisteret, quod Vice-Provinciali et Vocalibus Provinciae provisorie solummodo constitutae praeter Regulam communem ex speciali gratia jus concederetur Capitulo generali interveniendi. Sed haec exceptio a Regula communi attentis circumstantiis extraordinariis, in quibus versamur, satis nobis justificata videtur, quia ex una parte Capitulum generale urget et erectio definitiva et canonica statim fieri nequit, ex altera autem parte summopere exoptandum est, ut praefata desideria PP. Belgicorum quoad proximum Capitulum generale compleantur, et omnis ansa de praeponderantia Germanorum conquerendi amoveatur.

Huic autem Provinciae provisoriae Hollando-Anglicae sequentes Domus adscribendae essent: in Hollandia: Domus S. Alphonsi *Wittemii*, Domus ad Cor Immaculatum B.M.V. *Amsteldami* et Hospitium in civitate *Silva-Ducis*, cujus fundatio in hoc momento incipitur. In Brittaniam majore: Domus ad B.M.V. de Victoriis *Claphamii* in suburbibus Londini, Domus ad Annuntiationem B.M.V. in *Bishop Eton* prope Liverpool et Hospitium in civitate *Limerick* in Irlanda, quod pariter in hoc momento fundandum est.

Humiliter ergo et enixe Oratores supplicant: ut Sanctitas Vestra vel Erectionem provisoriam Provinciae Hollando-Anglicae a Vice-Provinciali gubernandae cum juribus Provinciae canonicae ad effectum proximi Capituli generalis ex speciali gratia appro-

bare et Suprema Sua Apostolica Auctoritate confirmare vel secundum Altissimam Sapientiam Suam alio modo indigentis nostris supra expositis providere dignetur.

Pro qua gratia etc.

Ex audientia SS.mi habita ab infrascripto D.no Secretario Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium sub die 12 Maji 1854. Sanctissimus approbavit erectionem Provinciae provisoriae Hollandicae-Anglicae cum Domibus et Collegiis in precibus designatis cum deputatione Vice-Provincialis, qui immediate pendeat a Provinciali Belgicae Provinciae, sed habeat ex subdelegatione facultates, quibus Provinciales fruuntur et gaudent et insuper ex speciali gratia jus habeat uti Provinciales accedendi ad Capitulum generale una cum duobus Vocalibus in Capitulo provinciali praefatae provisoriae Provinciae eligendis. Contrariis quibuscumque minime obstantibus. Romae etc.

G. Card. De Genga, Praefectus.

A. Bizzarri, Secretarius.

L.S.

4. - In audientia diei 14 iulii 1854 Pius PP. IX electionem P.is I. Swinkels in Vice-Provincialem prov. provisoriae confirmavit. P. Smetana enim supplicaverat pro hac approbatione, quia dubium exortum erat eiusdem Vice-Provincialis nominationem potestatem suam excedere propter maiores facultates eodem concessas.

Rescriptum S.Congr.EE.RR. - Orig.: AG XV D 11.

Beatissime Pater

Rudolphus Smetana Vicarius Generalis Congregationis SS. Redemptoris Transalpinae, ejusque Consultores ad Pedes Sanctitatis Vestrae provoluti humiliter sequentia exponunt.

Dignata est Sanctitas Vestra die 12 Maji h.a. clementer approbare erectionem Provinciae Hollandicae-Anglicae provisoriae cum domibus in precibus Oratorum designatis et cum deputatione Vice-Provincialis, qui immediate pendeat a Provinciali, Belgicae Provinciae sed habeat ex subdelegatione facultates quibus Provinciales fruuntur, et insuper ex speciali gratia jus habeat, uti Provinciales, accedendi ad Capitulum generale una cum duobus Vocalibus in Capitulo provinciali praefatae provisoriae Provinciae eligendis.

Nominatio Vice-Provincialis hucusque quidem spectabat ad Vicarium Generalem sed cum Vice-Provinciali Provinciae Hollan-

dicae-Anglicae praeter communem rerum ordinem ex speciali gratia jus concessum fuerit, accedendi ad Capitulum generale una cum duobus Vocalibus, ejus directa nominatio potestatem Vicarii Generalis excedere videtur.

Quapropter, ne ulli dubitationi in hac re locus relinquatur, Oratores Vice-Provincialem Provinciae provisoriae Hollandicae-Anglicae elegerunt P. Ioannem Swinkels, Rectorem domus Amstelodamensis ejusque Consultores P. Paulum Reyners, Rectorem domus Londinensis, et P. Carolum Janson, humillimeque supplicant, ut Sanctitas Vestra has electiones clementer approbare dignetur.

Pro qua gratia etc.

Ex audientia SS.mi habita a D.no Secretario Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium sub die 14 Iulii 1854. Sanctitas Sua, audito Procuratore Delegato Congregationis SS.mi Redemptoris Transalpinae, benigne annuit pro petita confirmatione praefatae electionis Vice-Provincialis et Consultorum Provincialium. Romae etc.

L.S.

G. Card. de Genga, Praefectus
Alois. C. Gaggiotti, Sub-Secretarius

A tergo: SS.mo D.no Nostro

Pio IX P.O.M.

P. Queloz del SS.mo Red.

5. - Die 19 iulii 1854 P. Smetana Rescripta diei 12 V et 14 VII P.i Verheyen, Provinciali Prov. Belgicae, misit unacum quibusdam instructionibus et explicationibus (Cfr *Chron.PrB* IV 144-145).

Epistula P.is Smetana ad P.em Verheyen, diei 19 VII 1854. - Minuta a P.e Smetana confecta: AG PrH I.

JMJA

Mon révérend et très cher P. Provincial!

Voilà enfin l'approbation de la Province Hollandaise-Anglaise et les lettres patentes pour le Vice-Provincial. J'y ajoute les instructions suivantes :

1°. Il faut communiquer ma supplique pour la division de la Province Belge *in extenso* à tous les Supérieurs des maisons belges, hollandaises et anglaises, pour que ceux-ci la communiquent à leurs sujets, cependant sans en faire une promulgation solennelle.

2°. Comme l'approbation dit de l'un côté: *qui immediate pendeat a Provinciali Belgicae Provinciae*, et de l'autre côté :

habeat ex subdelegatione facultates, quibus Provinciales fruuntur et gaudent, la dépendance consistera en ce que le P. Vice-Provincial ne peut s'adresser immédiatement à moi dans les affaires de sa Province, mais par vôtre entremise, et que ses sujets peuvent recourir à vous.

3°. Pour ce qui regarde l'état personnel, il me semble le plus convenable, de laisser tout *in statu quo*, et de déclarer que tous les sujets qui se trouvent actuellement dans les maisons hollandaises et anglaises, doivent y rester. Cependant si vous trouvez à propos de faire sous ce rapport quelque changement, je vous prie de le faire aussitôt que possible, car le temps où les chapitres seront convoqués se rapproche.

4°. Le P. Held m'a demandé, il y a 2 mois, d'être déchargé de son Rectorat, si la division de la Province Belge doit se réaliser. Je lui écrirai en 2 ou 3 jours, que je ne veux lui faire aucune violence, qu'il donne donc sa résignation par écrit, et que je nommerai alors un autre Recteur en lui donnant la permission de se retirer dans la Province Belge. J'ajouterai que vous en êtes déjà informé, et je l'engagerai, de vous envoyer immédiatement sa résignation à Bruxelles, pour ne pas perdre de temps.

Le Père que je me suis proposé nommer Recteur de Wittem, si le P. Held se démet en effet de sa charge, c'est le P. van der Linden. Je ne connais pas d'autres qui y seraient plus propres. Cependant si vous avez à faire quelque objection à cet égard, il faut la faire aussitôt.

5°. Quant au P. Paul Reyners, je juge à propos de lui donner les facultés ci jointes, en supposant que le P. Swinkels sera d'accord, de restreindre de cette manière ses pouvoirs au sujet des maisons anglaises pour contenter les PP. Anglais. Pour ce qui regarde le Studentat, il ne peut être question de l'établir tout de suite en Angleterre.

6°. Quant au P. Bernard je veux que son autorité soit restreinte à l'Irlande et en dépendance du P. Vice-Provincial, puisque de grandes confusions seraient inévitables.

7°. Il faut donc arranger tout au mieux que possible et la chose principale c'est, que vous vous entendez bien vous et le P. Swinkels, et je n'ai aucun doute sous ce rapport. Il ne s'agit pas d'organiser tout aussitôt, mais d'établir pacifiquement un état provisoire passable jusqu'au chapitre, car le but de l'érection d'une Province Hollandaise-Anglaise n'est que de faire représenter les maisons hollandaises et anglaises au chapitre général.

Si je donne au P. Reyners la faculté de congédier les Novices, il n'y a rien de dangereux, car il est ordinairement plutôt trop bon sous ce rapport que trop rigoureux.

6. - Die 28 iulii 1854 P. Verheyen in Amsterdam Rescripta diei 12 V et 14 VII una cum epistula P.is Smetana diei 19 VII publicavit et P.em Swinkels in officio Vice-Provincialis Prov. provisoriae Hollandico-Anglicae instituit (*Chron.PrB* IV 145 et 201).

II. CONSTITUTIO PROVINCIAE HOLLANDICO-ANGLICAE, 1855.

1. - Peracta Visitatione canonica Prov. Belgicae (Cfr *Chron.PrB* IV 240), P. Verheyen una cum P.e Th.Lelouchier Romam rediit, ubi in prima consultatione generali diei 12 XI 1855 decisum est Prov. Hollandico-Anglicam definitive erigere (*Liber consultationum*, ms in AG, I 1). - Quae decisio executata est die 21 nov. 1855.

Decretum R.mi P.is RM N.Mauron, diei 21 XI 1855. - Copia: *Mandata Prov. Hollandicae*, ms in AG, 2. - Edit: *Litterae circulares RM MAURON*, Romae 1896, 6.

Nicolaus Mauron
Superior Generalis et Rector Major
Congregationis Sanctissimi Redemptoris

Cum jam anno praeterito Provincia provisoriae Hollandico-Anglica cum Vice-provinciali erecta fuerit et boni communis ratio expostulet, ut quamprimum fieri potest, provisorie statuta definitive stabiliantur, nihilque hac ratione quoad praedictam provisoriam Provinciam obstet: consilio cum nostris consultoribus inito ipsam definitive in Provinciam Hollandico-Anglicam a Superiore Provinciali gubernandam ereximus atque hisce litteris erigimus, et mandamus, ut ordini Provinciarum nostrae Congregationis adscribatur, sperantes et divinum nostrum Redemptorem per intercessionem B.M.V. Immaculatae et S.P.N. Alphonsi deprecantes, ut novae hujus Provinciae erectio in majorem Divinae Majestatis gloriam, majusque Congregationis commodum et incrementum necnon in animarum cedat salutem secundum Instituti nostri finem adjuvandarum.

Datum Romae, in Collegio nostro ad Ss. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 21. Nov. 1855, festo Praesentationis B.M.V.

Nic. Mauron CSsR.
Sup. Gen. et Rect. Maj.

L.S.

M. Haringer, Consultor et Secretarius

2. - Quamquam in consultatione generali diei 12 nov. 1855 (*Liber consult. I 3*) superflua iudicata est institutio Visitatoris « domuum in Anglica », tamen « in consultatione diei 6 dec. visum est R.mo atque Consultoribus instituere Vicesgerentem Provincialis pro domibus Angliae et Hiberniae » (*Liber consult. I 11*). In nominationibus, « sub die 21 nov. signatis » (*Liber consult. I 6*); P. I. Lans Vice-Provincialis seu Vicesgerens Provincialis nominatus est (Cfr *Liber consult. I 11*; *Mandata PrH 2 n. 3*). Ex hoc procedendi modo clare patet territorium Angliae et Hiberniae tamquam Vice-Provinciam consideratam esse (Cfr *Mandata Prov. Anglicae*, ms in AG, 2. - Pro facultatibus Vice-Provincialis, cfr epistula P. is Swinkels ad RM Mauron diei 14 XII 1855: AG PrH I).

Litterae patentes RM Mauron ad P. em Lans, diei 21 XI 1855. - Copia: Mandata PrAn 1.

Die 21 Novembris 1855 institutus est litteris sequentibus Vice Provincialis pro Domibus in Anglia et Hibernia existentibus, in omnibus tamen a Pl.R.P.i Provinciali Hollandico-Anglici dependens.

Plurimum R.do Patri ac in X° Dilecto Patri Nostro Joan. Bapt. Lans CSsR.

Cum bono communi expediens judicaverimus, ut Domus nostrae in Anglia et Hibernia existentes, immediate Superiori communi, amplioribus facultatibus instructo, subjiciantur, inito cum Consultoribus nostris consilio, Te Pl.R.de Pater Vices-Gerentem Pl.R.di Patris Provincialis pro praedictis Domibus hisce litteris constituimus, et Consultores RP. Joannem Gibson et RP. Leonem Vander Stichele Tibi adjungimus. Volentes igitur ut in munere Tuo omnibus facultatibus utaris, quas Tibi Pl.R.dus P. Provincialis delegabit, omnibus Superioribus, Presbyteris, caeterisque nostrae Congregationis alumnis Tuae jurisdictioni subjectis mandamus, ut Tibi debitam reverentiam et obedientiam exhibeant.

Datum Romae, die 21 Novembris 1855, festo Presentationis B.M.V.

Nic. Mauron CSsR.
Sup. Gen. et Rect. Maj.

3. - Die 27 nov. 1855 P. Swinkels in Amsterdam documentum erectionis provinciae recepit, sicuti insequenti die P. i Mauron nuntiavit (AG PrH I). Die 30 XI promulgatum est decretum (*Chron. PrB IV 249, 276, 287*).
4. - Die 19 martii 1859 nominationes triennales factae sunt pro Provincia Hollandica-Anglica et Vice-Provincia domuum in Anglia (*Liber consult. I 65*). Hac vice in litteris patentibus P. R. Coffin expressis verbis Vice-Provincialis nominatur.

Litterae patentes RM Mauron ad P.em Coffin, diei 19 III 1819. - Copia : Mandata PrAn 4.

Nominatio Vice Provincialis pro Domibus in Anglia et Hibernia existentibus, de die 19 Martii 1859.

Plurimum R.do Patri ac in X° Dilecto Fratri Nostro Roberto Coffin CSsR.

Magnam de Tua probitate, pietate et prudentia fiduciam habentes, inito cum Consultaribus generalibus consilio, Te Plurimum Reverende Pater hisce litteris Vice Provinciale pro Domibus in Anglia et Hibernia existentibus nominamus et constituimus, adjungentes tibi pro munere Consultoris Admonitoris RP. Eduardum Bridgett et pro munere Consultoris Secretarii RP. Joannem Vander Aa. Volentes igitur, ut in munere Tuo exercendo illis facultatibus utaris, quas Tibi Pl.RP. Provincialis delegabit, omnibus Superioribus, Presbyteris, caeterisque nostrae Congregationis alumnis Tuae jurisdictioni subjectis mandamus, ut Tibi debitam reverentiam et obedientiam exhibeant.

Datum Romae, in Collegio nostro ad SS.mum Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 19 Martii 1859.

Nic Mauron CSsR.
Sup. Gen. et Rect. Maj.

5. - Die 26 apr. 1862 in nominationibus triennialibus idem P.Coffin Vicesgerens P.is Provincialis constituitur, sed in indice nominationum « huius Vice-Provinciae » sicuti an.1855 et 1859 designatur « Vice-Provincialis » et Consultores ipsius tamquam « Consultores Vice-Provincialis » exhibentur (*Liber consult. I 84; Mandata PrAn 6*).

Litterae patentes RM Mauron ad P.em Coffin, diei 26 IV 1862. - Copia : Mandata PrAn 6.

Nominatio Vice-Provincialis pro Domibus in Anglia et Hibernia existentibus, de die 26 Aprilis 1862.

Plurimum Reverendo Patri ac in X° Dilecto Fratri Nostro Roberto Coffin salutem in Domino.

Cum propter bonum commune Collegia Congregationis nostrae in Anglia et Hibernia existentia, immediate Superiori communi amplioribus facultatibus instructo, subjecta sint, inito cum Consultoribus nostris consilio, Te hisce Litteris Vices Gerentem Pl.RP. Provincialis pro praedictis Collegiis constituimus et nominamus, simulque Consultores Tuos RR.PP. Joan. Bapt. Lans et Thomam Doyle, primum Admonitorem, alterum Secretarium Ti-

bi assignamus. Volentes igitur, ut in munere Tuo omnibus facultatibus utaris, quas Pl.RP. Provincialis Tibi delegabit, omnibus Superioribus, Patribus, caeterisque nostrae Congregationis alumnis praedictis Collegiis adscriptis, vel in posterum adscribendis, mandamus, ut Tibi debitam reverentiam et obedientiam exhibeant.

Datum Romae, in Collegio nostro ad Ss. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 26 Aprilis 1862.

Nic. Mauron CSsR.

Sup. Gen. et Rect. Maj.

Mich. Haringer, Consult. Secretarius

III. CONSTITUTIO PROV. HOLLANDICAE ET PROV. ANGLICAE, 1865

Die 24 maii 1865, vi facultatis a Pio PP. IX vivae vocis oraculo benigne concessae in audientia diei 9 martii (AG XVI D 54), RM Mauron Provinciam Hollandico-Anglicam in duas separatas provincias divisit, nempe Prov. Hollandicam pro domibus in Hollandia, et Prov. Anglicam pro domibus in Anglia et Hibernia sitis.

Decretum RM Mauron, diei 24 V. 1865. - Orig.: AG XVII D 47. - Edit.: *Litterae circulares RM MAURON, Romae 1896, III.*

Nicolaus Mauron

Superior Generalis et Rector Major

Congregationis Sanctissimi Redemptoris

Cum erectio et divisio Provinciarum nostrae Congregationis Ss. Redemptoris spectet ad Rectorem Majorem ejusque Consultores, salva tamen approbatione S. Sedis; boni autem communis ratio divisionem Provinciae Hollandico-Anglicae expostulare videretur: hinc, inito cum Consultoribus nostris consilio, supplices preces SS.mo D.N. Pio PP. IX fel. reg. porreximus pro facultate dividendi Provinciam Hollandico-Anglicam, et duas erigendi Provincias separatas, quarum una vocetur Provincia Hollandica, altera vero Provincia Anglica nuncupetur. Sanctitas Sua, attentis expositis, praefatam divisionem et erectionem, sub die 9 Martii hujusce anni 1865, vivae vocis oraculo benigne approbavit.

Virtute igitur facultatis a SS.mo D.N. Pio PP. IX fel. reg. obtentae, memoratam Provinciam Hollandico-Anglicam, praesentibus hisce litteris, dividimus, et in duas Provincias separatas erigimus atque constituimus, mandantes, ut Domus in Hollandia existentes in posterum vocentur Provincia Hollandica, Domus vero in Anglia et Hibernia sitae nuncupentur provincia Anglica, si-

mulque sperantes, ac Divinum nostrum Redemptorem per intercessionem B.M.V. Immaculatae, necnon S.P.N. Alphonsi deprecantes, ut praesens haec Provinciarum divisio et erectio in majorem cedat Dei gloriam majusque Congregationis nostrae incrementum.

Datum Romae, in Collegio nostro ad Ss. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 24 Maji 1865, Festo B.M.V. titulo Auxilii Christianorum.

L.S.

Nic. Mauron CSsR.
Sup. Gen. et Rect. Maj.

Notatu dignum est in constitutione Provinciarum Hollandicae et Anglicae, Provinciam prius existentem Hollandico-Anglicam penitus suppressam esse, et duas Provincias, Hollandicam scil. et Anglicam ex novo institutas esse. Attamen, dum in Catalogo generali an. 1867 (p. 53) Prov. Anglica die 24 V 1865 erecta esse dicitur, ibidem (p. 44) Prov. Hollandica condita apparet die 21 XI 1855, quo die revera Prov. Hollandico-Anglica constituta est. Hae indicationes in omnes posteriores catalogos transierunt (Catalogus 1948, 349 et 451). De facto ergo illa provincia noviter erecta, quae antiquiorem habuit domum, considerabatur continuare provinciam primitivam. Similis casus habetur in divisione Prov. Americanae an. 1875 (*Litt. circ. RM. MAURON 122-124*).

IV. QUAEDAM NOTAE DE FUNDATIONE DOMORUM

Quando Prov. Hollandico-Anglica die 24 maii 1865 in duas provincias dividebatur, constituebatur 6 collegiis: Wittem, Clapham (London), Amsterdam, Bishop Eton (Liverpool), 's Hertogenbosch, Limerick, et uno hospicio: Roermond.

I. WITTEM - ad S.P.N. Alfonsi.

H. MOSMANS, *Het Redemptoristenklooster Wittem, 1836-1936*; Roermond, Romen, 1936; 8°, 341, ill.

Prima fundatio in territorio Hollandico (Nederland), in provincia Limburg. Haec autem provincia tempore foundationis (1836) a rege Belgarum administrabatur et tantum an. 1839 administrationi regis Neerlandiae submissa est.

Inceptum: 12 I 1836, superiore Alexandro Czvitkovicz (*Chron.PrB I 170-177*).

Canonicè erectum a RM Ripoli: 18 I 1837, rectore Alexandro Czvitkovicz (*Chron.PrB I 223*).

Litterae patentes RM Ripoli ad P.em de Held, diei 18 I 1837. - Minuta a P.e Sabelli confecta: AG X C 12.

Copia della erezione delle quattro Case del Regno Belgico in Case formali della Congregazione, e de' Superiori in Rettori.

Veneratissimo Padre Held,

Attese le vostre ben fondate ragioni, opposte all'antecedente mia disposizione de' 6 Giugno 1836, ho stimato di discendere

alla prima elezione de' Superiori per le quattro Case del Belgio, che io con questa mia, costituisco Rettori dalla data di oggi 18 Gennaio 1837, e nel tempo stesso riconosco coteste quattro Case, per Case formali della nostra Congregazione del SS.mo Redentore, con tutte quelle attribuzioni, che gli competono secondo la Regola, e che si godono da tutte le altre nostre Case. Sieno perciò:

In Liegi. - Rettore il Padre D. Frederico Held, con interina Delegatione, di accudire agli affari di altri tre Rettori, quae non patiuntur moram.

In S. Trudo. - Rettore il Padre D. Giovanni Pilat con Officio di Maestro de' Novizi, ajutato da Compagno a sua scelta.

In Wittem. - Rettore il Padre D. Alessandro Czvitkovicz.

In Tournay. - Rettore il Padre D. Giovanni Kaltenbach.

Dato dalla nostra etc.

Pagani, 18 Gennaio 1837

N. N.

Iuvat hic dare textum primae epistulae ex Wittem ad RM Ripoli missae a rectore Michaelae Heilig, qui die 1 VIII 1839 (*Chron.PrB* I 324) P.i Czvitkovicz successerat.

Epistula P.is Heilig ad RM Ripoli, diei 20 IV 1840. - Orig. : AG X C 16.

J.M.J. Alph.

Reverendissime Pater Rector Major!

A multo jam tempore ad Vestram Paternitatem litteras dare desiderabam, ast semper defuit occasio. Nuper electo Episcopo Chersonensi [*I. Th. Laurent, Vic. Apost. de Hamburg*] Romam proficiscente occasionem nactus, summo cum gaudio ad Te scribo, Reverendissime Pater!

Qui has ad Te mittit litteras, est filius tuus indignissimus, filius sancti Alphonsi et Congregationis SS.mi Redemptoris necnon Rector domus Wittemiensis, quae ab anno in Batavorum potestatem cessit. Hisce observantiam meam erga Te ac filialis et obedientis animi sensus declarare statui, necnon a Vestra Paternitate sanctam super me et domum cui indignus praefixus sum, impetrare benedictionem. Domus haec nostra Wittemiensis domus studiorum est; missiones non dantur utpote quod in terris Batavorum, Protestantium ex parte maxima, periculosum est. Ad missiones tradendas insuper non numero sufficientes adessent Patres, qui fere omnes qua lectores studiis unice vacare tenentur. Studentes Clerici professi sunt 17, inter quos Rhetores, Philoso-

phi, Moralistae et Dogmatici. In schola utimur lingua latina, caeteroquin gallica, licet Flandri et Germani adsint plurimi.

Domus quam inhabitamus eodem, quo nostra Congregatio originem sumpsit, anno extracta fuit, eratque Fratribus Minoribus Capuccinis. Est satis spatiosa ipsique annexa pulchra ecclesia, in qua habebitur singulis diebus dominicis et festis concio et missa solemnibus, ad quod tempus semper magnus confluxus ad confessiones. Bene pulchreque sita est haecce domus nostra, in medio scilicet plurium pagorum et collium. Populus Deo et nobis est valde devotus ab ipsoque plurimum accipimus quo vivamus et tegamur. Immutatione politica facta magnopere angebamur, ne Batavi statim nos abigerent; ast hucusque semper tranquilli perstitimus, imo spes firma satis nobis est, fore ut nunquam ab hoc collegio abscedere cogamur. Hunc in finem, annuente Reverendiss. Patre Vicario Generali Viennae, quotidiebus [!] Psalmos B.M.V. in communi choro dicimus, et cum ipse quoque s. Alphonsus patronus sit ecclesiae nostrae, spes major in futurum nobis accrescit.

Adest nobis quoque hic Pater [*A. Hugues*] qui fere omnia opera ascetica s. Alphonsi in linguam germanicam vertit, quae etiam jam gallice et flandrice verti coeperunt. Hisce libris undequaque sparsis major in dies evadit Dei et sancti Patris nostri Alphonsi notitia ac devotio. Exemplaria quaedam horum librorum Tibi, Reverendissime Pater, dono ferre audemus, rogamusque ut hoc parvum nostrum munusculum in acceptis et tanquam signum nostri amoris et studii in Te habere digneris. Forsitan ipse praedictus episcopus, nobis amicissimus, valde pius ac doctissimus, haec munuscula ad Vestram Paternitatem afferret.

Finem jam his litteris imponens Tibique humillimus manum osculans omni amore et observantia plenus subscribo

Tuae Paternitatis
humillimus servus et filius
P. Michael Heilig CSsR.

Wittemii propre Mosam-Trajectum
hac 20 aprilis 1840

Epistula RM Ripoli ad P.em Heilig. - Minuta a RM Ripoli confecta: AG X C 16.

Consolationem maximam mihi attulerunt litterae a Te datae ad me per Episcopum Chersonensem Romae perventum. Gratulor de tua valitudine et de tranquillitate, qua gaudet spiritus tuus, adversis non obstantibus, quae formidabas. Ss. Virgo et Alphonsus Pater noster, curam tui omniumque confratrum habentes,

servaverunt vos ab omni malo, ita ut tempus degatis aetatis sine molestia. Gratias reddamus Deo, qui tot beneficiis vos cumulavit.

Recepi duo exemplaria operum s. Patris nostri Alphonsi, ab uno de Patribus istis in linguam germanicam versa. Haec mihi vehementer placuerunt; existimabo istud donum tamquam indicium et argumentum studii et amoris tui et confratrum tuorum erga me. Propterea et ego, memor beneficii, non cessabo memoriam vestri facere in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriae, det vobis spiritum sanctum suum et omnia bona quae exoptatis.

Commendo me orationibus vestris, et amplector vos in visceribus Christi.

Al P. Rettore D. Michele Heilig
Wittem, in Belgio.

2. CLAPHAM (London) - ad BMV Immaculatae de Victoriis.

R. STEBBING, *History of St. Mary's, Clapham; London, Sands*, 1935; 8°, 153.

Inceptum: 2 VIII 1848, superiore Friderico de Held (*Chron.PrB* III 44-45).

Canonice erectum a VG Trapanese: 29 VI 1850, rectore Friderico de Held (*Copiae documentorum ex Arch. Prov. Belg.*, ms in AG, II 120-121 n. 67. - *Chron.PrB* III 311: 20 II 1850. - STEBBING, l.c. 19: 18 II 1850).

3. AMSTERDAM - ad BMV sub tit. Immaculatae Cordis.

L. DANKELMAN, *Amstelodamensia I-V: Monumenta historica. Bijdragen tot de geschiedenis van de Nederl. Prov. der Redemptoristen* 2(1950) 1-22, 33-48, 65-82, 97-112, 129-140.

Inceptum: 13 XI 1850, superiore Ioanne Looijaard (DANKELMAN, l.c. 8).

Canonice erectum a VG Smetana, vi facultatis a Pio PP. IX tributae in audientia diei 17 II 1854, rectore Carolo Janson. Promulgatio facta die 28 VII 1854 (*Chron.PrB* IV 201):

Rescriptum S.Congr.EE.RR. n. 20281/3 - Orig.: AG XV D 4.

Fundatio in Amsterdam erat difficilima propter oppositionem gubernii regni et civitatis, Protestantium necnon cleri localis. Eo pretiosius est commemorare verba SD P.is Roothaan, qui etiam aliis occasionibus (Cfr *Spic.hist.* 1, 1953, 240-244) sese amicum sincerum Instituti nostri exhibuit.

Ex epistula P.is Roothaan ad P.em Consen SI, Superiorem provincialem Prov. Neerlandicae, diei 10 martii 1851. - Copia: Registrum (epist. P.is Generalis) Prov. Neerlandicae I 13, ms in Arch. Romano SI (Notitia a R.mo P.e I. Teschitel, Arch.gen.SI, nobis humanissime communicata).

Roma d. 10 Mart. 1851

Praeterea ex C.C. litteris adhuc sequentia communico:...

2. Superiores passim dicuntur repugnare, ne nostri in Sacro ministerio sibi associant Sacerdotes saeculares vel regulares, aut

eos vocent ad fungendum s. ministerio in Ecclesiis nostris; idque ideo, quod nos ejusmodi societatem improbemus. Nos vero tantum abest, ut improbemus, ut etiam auctor sim R. ae V. ae ad hanc unionem promovendam, debita utique descretia et prudentia. Ipsos etiam Patres Liguorianos illa de causa audio non esse admissos; hos vero ego imprimis velim nobis fratres in Xo esse, et ut tales amari et haberi a nostris. Quapropter etiam cum dolore accepi, cum illi Patres Amstelodami sedem figerint, a nostris ostensum esse zelum non bonum, imo quandam aegritudinem animi. Commendo igitur R. ae V. ae, ut tanto magis Congregationem S. Alphonsi speciali caritate et existimatione amplectatur.

4. BISHOP ETON (Liverpool) - ad BMV sub tit. Annuntiationis.

Inceptum: 10 VI 1851, superiore Iosepho Prost (*Chron.PrB* III 385).

Canonice erectum a VG Smetana, vi facultatis a Pio PP IX tributae in audentia diei 17 II 1854, rectore Ioanne Lans. Promulgatio facta est mense aug. 1854 (*Chron.PrB* IV 213).

Rescriptum S.Congr.EE.RR. n. 20281/3. - Orig.: AG XV D 4.

5. 'S HERTOGENBOSCH - ad S. Ioseph.

M. MULDEERS, *De vestiging der Redemptoristen in Den Bosch: Monumenta historica* 6(1954) 37-72.

Inceptum: 1 I 1854, superiore Ioanne Koemans (*Chron.PrB* IV III et 204).

Canonice erectum ex consilio consultationis generalis diei 16 XI 1855 (*Liber consult. I* 5): 21 XI 1855, rectore Ioanne Koemans (*Mandata PrH* 2).

6. LIMERICK - ad S.P.N. Alfonsi.

Fifty years at Mount St. Alphonsus, Limerick, 1853-1903; Limerick, O'Connor, 1903; 8°, 124, ill.

Inceptum: 29 XI 1853, superiore Ludovico de Buggenoms (*Chron.PrB* IV 138; *Fifty years* 2-3).

Canonice erectum: 19 III 1859, rectore Ioanne Roes (*Mandata PrAn* 4; *Liber consult. I* 65).

7. ROERMOND - ad BMV sub tit. Assumptionis.

Inceptum: 14 VI 1863, superiore Ioanne Swinkels; die 24 VII 1863 nominatus est superior Ioannes Koemans (J. RATS, *De Lieve Vrouw in 't Zand, Roermond* 1935, 167).

Canonice erectum: 24 V 1868, rectore Ludovico Hochtin (*Mandata PrH* 9 et 9a).